



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De Spe receptiores sine lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)



LIBER XLVIII.

S P E S.

POST virtutem Fidei Spem Paulus 1. Corinth. 13. enumerat, quia obiectum cognitum, & nobis conueniens speramus. Præmittit autem Spem, postmodum Charitatem, & quia Charitate est inferior, & quia sine Charitate esse potest, ut contingit in peccatoribus fidelibus, qui media pœnitentia consequi salutem sperant: at Charitas sine Fide, & Spe in hac vita esse non potest. Differam itaque de virtute Spei, de ei annexis, & contrariis.



SECTIO PRIMA.

De Spe, Receptiores sine lite sententia.



CAPVT I.

De Spei essentia, obiecto, ac subiecto.

SPEI est virtus Theologica, quæ speramus beatitudinem diuinam auxilio assequendam. Dicitur *Virtus Theologica*, quia respicit immediatè Deum ut nobis bonum, & quæ habitus ab ipso Deo infusus ac proinde est principalior omnibus virtutibus moralibus, quæ non immediatè, sed mediata Deum respiciunt. Religio immediatè diuinum cultum respicit, mediata vero ipsum Deum. Est tamen minus principalis, quam Fides, & Charitas, nam inter omnes virtutes primum locum Charitas, secundum Fides, & tertium Spes obtinet. Dicitur, *Qua speramus diuinam beatitudinem*, ad inueniendum præcipuum obiectum Spei esse ipsum Deum bonum non bonum in se, sed ut nobis bonum, nimirum nobis consequendum; nam minus principale sunt obiectum ea omnia, quæ nos ducunt ad beatitudinem, & ad ipsum Deum, ut gratia, charitas, & Spiritus Sancti dona. Dicitur denique, *diuino auxilio consequendam*, quia

ratio & fundamentum, in quo Spes innititur, est Dei auxilium, quoad sperandum excitamur, & eo excitati, ad sperandum adiunamur, sine quo & solis naturæ viribus sperare non possumus; quia Spes est de dono arduo, difficili, (naturæ viribus,) & supernaturali. D. Thom. 2. 2. quæstion. 17. articulus. 5. Azor. lib. 9. cap. 1. qu. 8.

Obiectum materiale primarium Spei est beatitudo æterna. Secundarium vero gratia, virtutes, & alia bona opera. imo etiam, & naturalia bona, proptè ad beatitudinem assequendam conducunt. Quia omnia hæc speramus à Deo: at quia præcipue speramus diuinam beatitudinem iuxta illud *Matth. 6. Primum querite Regnum Dei*: ideo diuina beatitudo est principale obiectum; cætera vero bona siue spiritualia siue temporalia, ex eo quod sunt media ad hunc finem, id est, ad beatitudinem assequendam, pertinent ad secundarium Spei obiectum. D. Thom. 2. 2. quæstion. 17. articulus. 2. in corp. & ad 2. Valent. 2. 2. disputat. 2. quæstione 1. puncto 1. Suarius disputat. 1. de Spe, section. 1.

Obiectum formale Spei est Deus ut summum bonum amabile in commodum amanti; ex quo amore oritur desiderium, vel beatitudinis, vel bonorum spiritualium, & ipsa Spes. Ratio autem formalis Spei est deus, ut est summum bonum nostrum. Suarius de Spe, disputatione prima, sectione tertia, à numero quarto, citans Caietanum Sotum, & alios. Trullench. libro 1. Decalogi capite 4. dubio 1. numero 3.

OBAR

Mor.

VI. VII.

IV

Porro Spes est virtus Theologica à Fide, *Est virtus ac Charitate re ipsa distincta. Quia haec virtutes habent formale obiectum formaliter saltem distinctum, quod sufficit. Fides enim tendit in Deum, ut verum; Charitas in Deum, ut in se bonum: Spes vero in Deum ut nobis bonum.* Actus etiam distinguuntur. Quia actus Fidei est credere. Charitatis amare, & Spei desiderare. Habent autem haec virtutes hunc inter se ordinem, videlicet, ut Fides origine, & causa sit prior Spe: non enim potest voluntas sperare bonum nisi ut cognitum per intellectum tanquam bonum possibile, & per merita, diuino supposito auxilio, assequendum, ad quam cognitionem Fides praerequitur. Vnde actus Fidei potest esse sine Spe, non verò è contra. Deinde Spes origine etiam & causa prior est Charitate. Quia prius diligimus Deum in nobis, quam ut in se bonum. Azorius *libr. 9. cap. 1. quest. 5. Palao de Spe, tractat. 5. dubio unico, puncto 1.*

Subiectum Spei est voluntas, Quia eius obiectum est bonum, eius actus sunt desiderare, & expectare bonum futurum absens, quae omnia ad voluntatem pertinent. *Thom. 2. 2. q. 18. art. 1. & omnes.*

Verum Spes non est in beatis. Quia iam ea, quae desiderabant, plene possident. Licet enim exoptant corporum resurrectionem, eiusmodi actus non est Spei, sed Charitatis, quo sua corpora diligunt. Christus siquidem dominus, dum in terris agebat, sui corporis gloriam exoptabat, nec ideo in eo erat Spei virtus. Nec reperitur Spes in damnatis. Quia in eis amittitur per contrarium actum desperationis. Nec adest in haeticis. Quia, ut Paulus *Hebr. 11* edoceat, *Fides est substantia sperandarum rerum*, id est Spei fundamentum: At in haeticis non est Fides: ergo nec Spes. Manet vero in animabus in Purgatorio existentibus, donec purgatae plenè, in caelestem beatitudinem adiungantur. Manet in peccatoribus fidelibus, qui per peccatum gratiam amiserunt. Profecto eadem virtute Spei, qua nobis desideramus beatitudinem, eam alteri exoptamus. Sicut eadem Charitate deum in se, & proximum propter deum diligimus. *Thom. 2. 2. quest. 18. articulo 2. & 3. & omnes.*

CAPVT II.

De Praecepti spei obligatione.

Datur praecceptum affirmatiuum Spei, quo obligamur, aliquando eius actum elicere: quod de fide esse credo. Quia omnis actus ad salutem nobis necessarius est sub praeccepto, ut communis Theologorum fert sententia: sed in deo sperare est actus ad salutem necessarius iuxta illud *Rom. 8. Spe salui facti sumus*. Ergo actus Spei sub praeccepto cadit. Vnde in Tridentino *sess. 6. cap. 6. Spes constituitur dispositio*

necessaria ad iustificacionem, & consequenter ad vitam aeternam, quae sine iustificacione non obtinetur. Profecto ex hoc praeccepto affirmatiuo, quo tenemur sperare, aliud negatiuum oritur, quo tenemur, non desperare, nec diffidere de diuina misericordia, ac bonitate. Bonacina *tom. secundo, disputatione tertia, questione tertia, puncto secundo, numero secundo*, Valentia *tom. tertio, disputatione secunda, questione quarta, puncto primo*, & alij communiter.

Praecceptum Spei negatiuum in quacunque temporis differentia obligat iuxta praeccepti negatiui naturam. Vnde semper tenemur non desperare, & nunquam desperare est licitum, *gat. Omnes sic.*

Praecceptum vero affirmatiuum Spei per se tantum obligat, quando quis grauiter diuturnatur tentationibus contra Spem, & in periculo desperationis existit, nisi se Spei actibus innuat. Quia quilibet tenetur ex praeccepto Spei, ea media adhibere, quae ad non desperandum sunt necessaria, sed medium necessarium ad non desperandum, dum contra Spem tentamina ingruunt, est actus spei: ergo quilibet tenetur actum Spei elicere, dum contra Spem tentationis cum desperationis periculo diuturnatur. Valentia *tom. tertio, disputatione secunda, questione quarta, puncto primo*. Villalobos *p. 1. secunda, summ. tractat. 1. difficult. 1. num. 1.* Bonacina *tom. secundo, disputatione tertia, questione tertia, puncto 1. numero secundo*, Reginaldus *libro 17. numero 78*. Sanchez *libro secundo, Decalogi capite 33. numero 3. Additionat. ad Tole. libr. 4. cap. 7.*

Per accidens autem, & ratione alterius praeccepti, & virtutis obligat affirmatiuum Spei per accidens praecceptum. Primum cum primum quis rationis assequitur usum, Quia tenetur se in Deum conuertere, omnia in ipsum referendo, quod absque Spei actu praestare nequit. Secundò obligatio poenitentiae de antea à vita instat ad dei gratiam obtinendam. Quia cum Spes veniae obtinendae sit, poenitentiae fundamentum, haec absque Spei actu nequit consistere. Tertiò, quando est praecceptum de oratione, aut quando praecceptum dilectionis dei obligat. Quia praeccepta haec sine Spei actu impleri non possunt. Quarta, quando aliqua tentatio contra aliquam virtutem, verbi gratia, castitatem ingruit, quam existimas non posse superare, nisi in animo Spem suscites, diuinum auxilium tibi praesto fore. Vel si in aliquo animo, vel corporis periculo sis constitutus, à quo nisi ad Spei anchoram confugas liberari te non posse existimes. Layman *libro primo, tractat. 2. cap. 2. num. 2.* Valentia *tom. 3. d. 2. quest. 4. punct. 1.* Sanchez *libr. 2. Decalogi capite 33. numero 3.* Azorius *libro 9. capite 2. quest. 7.*

Ille vero, qui omittit, actum Spei elicere in casibus, in quibus spei praecceptum non per se, sed per accidens obligat, non tenetur, id ex antea dictis praesse in Confessione declarare. Quia tunc non sufficit, contra spem per se, sed contra praecceptum, quod per se obligat, delinquit: vnde solam tenetur fateri, se peccatum contra praecceptum, quod per se obligat, commississe. Exempli gratia, teneris ad poenitentiam per se, & per accidens, & ratione poenitentiae obtinendae, & ratione

Secl. I. De Spe, Receptiores Sententia. 105

tione poenitentia obtinenda ad eliciendum Spei actum, obligaris: non agis poenitentiam, nec conaris cum Deo reconciliari, & per consequens actum Spei omittis: solummodo tunc teneris fateri, te non egisse poenitentiam casu quo tenebaris: & sic de humilibus. Sanchez libro secundo, Decalogi capite trigesimo tertio, numero tertio. Bonacina tomo secundo, disputat. 3. quæstion. 3. punct. 1. numero 3. & alij communiter.

Ille, cui facta esset sue reprobationis reuelatio (scilicet quod sit casus possibilis, de quo section. 2.) non potest, nec debet sperare. Quia in tali casu ei homini est impossibile sperare beatitudinem impossibilem; etsi enim voluntas per velletatem in obiectum secundum se feratur, tamen secundum actum efficacem tendit in actum hic & nunc futurum: cum ergo hic & nunc ei homini non sit possibilis beatitudo, non potest nec tenetur sperare, non quia proprie sit ablatum præceptum, sed quia ratione status est potestas ablata. Porro si humane naturæ fragilitatem attendamus, difficile erit illi, non desperare, imo & in Dei odium non prorumpere. Attamen ex vi charitatis, & auxilij gratiæ Dei possibile est, ut diligat Deum magis, quam se ipsum, & diuinæ voluntati conformetur, quantum ad ordinem iustitiæ proprio peccato supposito. Quia ex tali reuelatione non statim sequitur, quod homo ille charitatem amittat: ergo potest illam exercere, verèque dicere: Dominus est, quod bonum est in oculis suis, agat. Bannes 2. 2. quæstione 22. articulo primo. Suarius de Spe, disputatione secunda, sect. 7. numero octauo, Trull. libro 1. Decalogi capite 4. dubio secundo, numero 10.

Dei auxilio iuvant, ac promouent, ad eum ultimum consequendum. Azorius tom. 2. lib. 9. cap. 2. quæst. 7. Valentia tom. 3. d. 2. qu. 1. punct. 1. Suarius tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 2. a numer. 5. ad 8. Ex D. Thom. 2. 2. quæstion. 97. articulo tertio.

Desperatio est, cum quis abiicit Spem æternæ beatitudinis, vel gratiæ, aut veniæ peccatorum, aut vitæ melioris. Certè duo possunt in desperatione reperiri: primum, iudicium intellectus, quo iudicas, te non posse à Deo consequi salutem, vel simpliciter, vel ex suppositione. Secundum, fuga voluntatis, qua refugis salutem tanquam impossibilem obtineri. Desperatio igitur formaliter consistit in fuga voluntatis, non autem in iudicio intellectus, tametsi illud supponat. Quia desperatio opponitur Spei: sicut ergo spes consistit in prosecutione boni, quatenus iudicatur possibile obtineri: ita desperatio sistit in fuga eiusdem boni, quatenus impossibile obtineri iudicatur. Unde fit, ut posito tali iudicio intellectus, non sequatur necessario in voluntate desperatio. Quia voluntas non necessitatur à tali iudicio: atque ita manet libera, & non necessario desperat: unde licet aliquis iudicaret, se non soluendum à Deo posset nihilominus dicere, Nolo desperare, sed faciam quod possum. D. Thom. 2. 2. q. 20. art. 1. & ibi doctores.

Desperatio est grauissimum peccatum, nec in eo datur paritas materiæ, sed ratione solius plenæ deliberationis potest à mortali excusari. Quia in quavis materia misericordiam diuinam grauer lædit. Sanchez libro secundo, Decalogi capite trigesimo tertio, numero quinto, Palao de Spe, tractat. 5. dub. vnic. puncto 3. numero 5.

Peccatum desperatione est ex suo genere grauius, quam omnia peccata contra virtutes morales. Quia opponitur Spei, quæ virtutibus moralibus est perfectior. Est tamen minus peccatum, quam Dei odium, & infidelitas, seu hæresis. Quia maximum omnium peccatorum est Dei odium, secundum hæresis, tertium desperatio: nam odium Dei & infidelitas sunt contra Deum, secundum quod in se est bonus, aut verus: desperatio autem secundum quod eius bonum à nobis participatur. Et quamuis reperiri valeat spes sine Charitate, sicut Fides sine ipsa: non tamen sine Fide. Quia vti docet Paulus Hebræor. 11. Fides est substantia sperandarum rerum, id est spei fundamentum. Desperatio quidem ex parte nostra valde est periculosa. Quia per spem à malis reuocamur, & ad bona inducimur, sublata spe, absque freno homines in vitia prolabantur. D. Thom. 2. 2. q. 20. a. 3. & omnes.

Oritur hoc vitium ab Acedia, quæ est tristitia, ac fastidium rerum spiritualium animum deprimens: tum etiam à luxuria, quæ mentem excœcat, hominemque ad terrena convertit. D. Thom. 2. 2. quæstion. 20. articulo quarto. Petr. Ledesm. tomo secundo, summ. tractat. 2. conclusion. 5.

Per actum desperationis spei habitus corrumpitur: nempe per quemvis actum, quo quis desperat de sua salute, aut de aliquo medio ad illam necessario. Quæ reliquæ virtutes infalsæ corrumpuntur per quemvis actum infidelitatis.

CAPVT III.

De Peccatis contra Spem.

PECCATA contra Spei virtutem, aut ei opponuntur per omissionem, aut per commissionem. Quæ aduersantur per omissionem, sunt omisio actus Spei, in casu, quo illam elicere tenemur. In rebus aduersis Spem in Deo non ponere. Omisioque actus timoris in casu, quo cū elicere obligamur. Debemus enim Deum timore filiali, & seruilis recto aliquando, colere. De filiali dicitur Deum. 10. Quid Dominum Deus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum Deum, de seruilis autem Luc. 12. Eum time, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem, & corpus, & animam perdere in gehennam. Per commissionem vero Spei opponuntur. Primò, desperatio. Secundò, Præsumptio. Tertio, cum quis Spem suam in toto, vel in parte in aliquo bono creato constituit, tanquam in præsidio, & remedio, quod per se solum ad salutem adipiscendam sufficeret. Non enim prohibemur, in hominibus, aut aliis procreatis rebus Spem collocare tanquam in iis, quæ nos vna cum

13
Peccata cō.
aduersari.

16
Grauius est
peccatum.

17
Oritur ab
acedia, vel
luxuria.

28
Per id ha-
bitus spei
corrumpitur.

8
tis, & Charitas per quoduis lethale piaculum:
Ergo & spes per quolibet deſpe. ationis actum;
nam deſperatio directe ſpei opponitur. Om-
nes ſic.

19
De Præsumptione.

Præsumptio vero est affectus, quo speramus aliquid à Deo inordinate. Duplex est, vna, quæ quibus inordinate propriæ virtuti innititur, verbi gratiâ, si præsumat, se aliquid posse præstare, quod supra eius vires sit, quo pacto Pelagianî præsumebant, se posse propriis viribus sine Dei gratiâ præcepta omnia servare, ac beatitudinem mereri. Altera quæ quis inordinate diuinæ misericordiæ, ac potentiæ innititur: verbi gratiâ, si speret, se posse à Deo remissionem peccatorum sine penitentia, aut sine operibus bonis beatitudinem promereri. Quod agunt illi, qui suis in criminibus perseverant, sperant tamen, se posse per infinitam Dei misericordiam, ac pietatem saluari. Semper huiusmodi præsumptio est mortalis, nec parvitas materiæ exulare potest, sed solus plene deliberationis defectus. Quia sic præsumens, de Deo falso iudicat, posse beatitudinem assequi absque meritis à diuina providentia, ac iustitia institutis, vnde grauissime vtrumque legitur attributum. Sanchez libro secundo, Decalogi capite 34. numero septimo, Bannes 2.2. quæstion. 21. artic. 2. dubio 2.

Est hoc peccatum contra Spiritum Sanctam,
sicut & desperatio. Quia contemnit quoad
exercitum diuinum auxilium. Minus autem
grauē est, quam Desperatio. Quia non tam
grauiter spei opponitur: desperatio enim tollit
misericordiam, præsumpsit vero punitionem.
Oriturque vitium ex superbia. D. Thom. 2.1.
questione 14. articulo secundo, & questione
21. articulo secundo, & quarto, & omnes com-
mouet.

Potest Præsumptio, (sic ut & desperatio) cum
 hæresi, & sine hæresi reperiri: tunc est simul
 cum hæresi, & per consequens cum duplici
 culpa, quando est error in intellectu, quo quis
 creditur, beatitudinem absque pœnitentia, &
 meritis obtinendam: vel solis propriis operibus
 absque Dei gratia; tunc vere est sine hæresi,
 quando non oritur ex illo iudicio, sed ex hoc:
 Deus pro sua ineffabili misericordia mihi meâ
 crimina etiam sine pœnitentia condonat.
 Porro si peccatum præsumptionis hæresim in-
 voluat spem corruptip. *Quia tollit fidem,*
 quæ est spæi fundamentum. At sine hæresi
 sumptum, non tollit spem, v. si quis delin-
 quat contra spem, quia præsunt de Dei mi-
 sericordia quod in peccato morietur, & simul
 vult in peccato persistere. Turrian. 2. 2. g. 21. a.
 2. & alij.

SECTIO SECVNDA.

De Spe, Dubia.

CAPVT IV.

*Circa Naturam, seu Essentiam
Spei in communi.*

D V B I V M I.

An Sperare sit actus voluntatis?

22
Status qua-
Bionia.

IN triplici Dubio proximo loquor
de Spe in communi provt abstrahit
à diuina, seu Theologica, qua
ſperamus à Deo : & à ſpe huma-
na, qua ab homine ſperamus.
Quæſerim in primis, Vtrum ſperare ſit actus
intellectus, an voluntatis ?

23 Non actus voluntatis, sed intellectus, quo
Est actus iudicamus, nobis futurum esse aliquod bonum.
intellectus; Quia qui indicat, bonum aliquod sibi futu-
non volun- rum, dicitur, bonum illud sperare: & qui sibi non
tatis. futurum indicat illud bonum, dicitur, illud de-
 sperare. Sic nonnulli, qui pro pressis nominibus
 memorat Gaspard. Hurtado de Spe, disput. 1.
 difficult. 1.

Non est actus intellectus, sed voluntatis. ¹⁴
Quia si esset actus intellectus, maxime esset
iudicium, quo iudicamus bonum aliquod nobis
esse futurum. iudicare autem id, non est spe-
rare; nam qui id iudicat, non sperat, si bonum il-
lud non desiderat: & qui iudicat, aliquod bo-
num sibi non futurum, non dicitur illud despe-
rare, si intendat, & conetur, illud adipisci.
Ergo actus Spei est actus voluntatis, & non
quicumque, sed quo nobis desideramus bonum
aliquod adipisci. Ita Hurtado citatus, &
iam Theologi omnes.

Hoc certum mihi. Annoto autem, nonnullos
hæreticos asseruisse, non distingui actum fidei
ab actu fidei. Quia in Scriptura aliquando si-
des lumini pro spe unde colligitur ipem non
esse actum voluntatis, siquidem fides ad intel-
lectum pertinet. Profecto actum spei non esse
actum intellectus, qui est fidei, significat
Paulus 1. Corin. 13, dum ait, *Nunc autem
manent Fides, spes, et Charitas tria hæc. Vbi
distinguit aperte ipem à fide. Quod si aliquan-
do fides in Scriptura lumini pro spe, testi-
ficat, ideo est, quia spes est quasi fructus et
effectus fidei.*

DVBIVM